UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

Quarta, quib[us] possunt clerici relinquere que de suis et ecclesie reb[us] prouenerunt? Partim ecclesie: partim heredibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

eſt prelato, ſit intuitu eccl'ie datum. et eſt ſi.ff.de annu. leg. annua.in.§.j.ff.de re.du.ciuibus, hoc tamen ſcias ꝙ aliud eſt dicere, relinquo hoc canonicis iſtis: ⁊ aliud relinquo hoc eccleſie iſti. In priori caſu relictū intelligo eis, ⁊ nō eccleſie. In ſecūdo caſu eccl'ie ⁊ ad vſum eoꝝ:

rint, curent conficere inſtrumenta noīe eccleſie cui preſunt. In ſcđa parte loquit᷑ de rebus emptis cōmuniter ex pecunia prelati ⁊ eccleſie, que debent equaliter diuidi inter eccleſiam ⁊ decedētis heredes ſi ſe vtriuſqꝫ rei quātitas exequauerit. Secūda ibi: Vbi ꝟo. Uile vel charum ideo dicit,

mittitur aut donat᷑: quia hoc ille qui donat, pro redemptione anime ſue, non pro commodo ſacerdotis probat᷑ offerre: nō quaſi ſuū ꝓpriū, ſed quaſi dimiſſum eccleſie inter facultates eccleſie cōputabunt: q2 iuſtū eſt vt ſicut ſacerdos habet[a] quod eccleſie dimiſſum eſt: ita eccleſia habeat[b] quod relinquitur ſacerdoti.

Sane quicquid per fideicommiſſuꝫ aut ſacerdoti, aut eccleſie fortaſſe dimittit᷑, cuicunqꝫ alij poſtmodum profuturum: id inter facultates ſuas eccleſia computare aut retinere non poterit[c].

Item ex cōcilio Toletano.

Eps tertiā partē ſibi debitā eccl'ie relinquere poterit.

Epiſcop⁹ ſi tertiā partē quā de reb⁹ parochialiū eccleſiaꝝ ſibi debitā nouit eccl'e cui⁹ res eſſe patebit, aut alteri eccl'ie cōferre decreuerit: licitū maneat, ⁊ irreuocabile[d] robur eius ſnīa ferat.

Queſtio.iiij.

Quod autem[e] q̄rit᷑ ſi de ſuis ⁊ eccl'ie rebus aliq̄ acq̄ſiſſe noſcuntur, cui ꝑtineāt: ita definitur in eodem concilio.

De his qui de ſuis ⁊ eccl'ie reb⁹ aliqua acq̄ſiſſe noſcunt᷑.

Sacerdotes vel quilibꝫ quib⁹ eccl'iaſticaꝝ reꝝ cura cōmiſſa eſt: quecūqꝫ adminiſtrationis ſue tpe emerit: ſi de rebus ꝓprijs vel vile vel charū habuerint, ad eccleſie nomen cui preſunt, chartarū cōficere inſtrumēta ꝓcurēt[f]. non eñ iuſtum eſt vt eccleſia que ſuſcepit extraneum, efficiat in alieno[g] diuitē, ⁊ in ſuo[h] retineat fraudatorem.

Ubi ꝟo q̄ ſuarū rerū noſcūtur hre compēdiū: ex omni re quā poſt ordinationis ſue diē viſi ſunt cōquiſiſſe: ſiue nulla ſiue aliqua ſint iſtrumēta cōfecta: compenſatione[i] tam ſui iuris q̄ꝫ eccl'iaſticarū rerū habita, ſi ſe vtriuſqꝫ rei quantitas exequauerit, inter eccleſiam et decedētis heredes eq̄ iure conquiſitio[k] pertinebit.

Si q̄s vero ꝓ cōpēdio ſuarū reꝝ eccl'ie reb⁹ detrimētū intulerit, vel ſi occaſiōe reꝝ eccleſiaſticaꝝ in reb⁹ ꝓprijs detrimentū paſſus fuerit: viciſſim q̄ lucrū ſentiūt, detrimentum patiētibus reſarcient.

Unde in concilio Bracarenſi legitur.

Reſarciant᷑ detrimenta ſacerdoti vel eccleſie q̄ alterius occaſione alter ſenſerit.

lꝫ ſit arg. cōtra.ff. de reb.du.ciuib⁹.
a Habet, quo ad vſum.
b Habeat, quo ad proprietatem.
c Nō poterit. Tamen ſi eſt heres inſtituta, ⁊ rogata reſtituere alteri hereditatē illam, poteſt detrahere quartā: vt inſti.de fideicō.her. §.ſꝫ q2. Sed ſi eccleſie legaret᷑ aliquid vt illud eccleſie reſtituat, de h⁹ dubitari cōſueuit an tunc poſſit partē de tali legato retinere: vt.C.cōia de leg.l.j.rñ.j.

Lega- ta eccl'e an poſ- ſint de- falcari.

Epiſcopus. Caſ⁹. Dicitur hic ꝙ eps poteſt dare tertiam partē quā recipit de parochianis eccleſijs irreuocabiliter vel eccleſie a qua recipiebat, vl' alteri eccl'ie cui voluerit. quod intelligit Hug. ſi velit ſubire onus fabrice reparande.
d Irreuocabile. cū de ꝯſenſu canonicoꝝ hoc facit: al's ſucceſſor pōt illud reuocare: vt xvj.qō.j.poſſeſſiones. ⁊ hic eſt arg. ꝙ ſi eps ſimpliciter dedit aliquid eccl'ie, intelligitur illud perpetuo dediſſe: vt.xvj.qō.j. quoniam quicquid. Arg.contra.xvj.q.j.poſſeſſiones. ⁊ dixi.x.q.ij.hoc ius.in fine.

Quod autē. Caſus. Hic ponit᷑.iiij.q. in qua queritur cui debeāt dari res acquiſite cōiter ex rebus prelati et eccl'ie, ⁊ qual'r debeāt diuidi. Et rñ. ꝙ ꝓ rata precij dati debēt diuidi inter eccleſiā ⁊ heredes plati.
e Qđ añt. Si de vtriuſqꝫ ꝑcio empta eſt res, ꝓ rata precij diuidēda eſt inter eccleſiā et heredes prelati: vt.j.e.ca.j.ver.hi vero. Ioan.

Sacerdotes. Caſus. Hoc ca. diuidit᷑ in duas partes. In prima parte loquit᷑ de rebus quas prelati emunt ⁊ de pecunia eccleſie, ⁊ tāſū ſuo nomine: in quo caſu ſi de rebus proprijs aliquid vile vel charꝫ habue-

qꝛ ſi cōſtaret eos nihil hre ſiue ſuo nomine ſiue noīe eccleſie emerint, totum eccleſia vēdicabit. Et lꝫ ca. videatur loqui i prelato tantū, tñ ego Bar. Brix. idē intelligo in quolibet clerico: vt.ſ.e.qōne.iij.c.placuit.
f Procurēt. vt ſciant quantū habent de reb⁹ eccleſie: ⁊ quantum de proprijs rebus.
g In alieno.i. in rebus proprijs ipſius ſacerdotis: que ſunt aliene eccleſie: vel ꝓprie intelligas poni.
h Et in ſuo.i.in rebus eccleſie.
i Cōpenſatione.i.cōputatione: vel cōparatiōe: vl' collatiōe. hoc vult dicere ꝙ computabit quātū de ſuis rebus ⁊ quātū de rebus eccl'ie dedit ꝓ re empta: vt ſꝫ hoc diuidat᷑ inter eccleſiā ⁊ heredes defuncti.[l] Sꝫ pone poſtq̄ꝫ adept⁹ eſt eccleſiā nullos ſumpt⁹ voluit facere de pr̄imonio ꝓprio: ſed quicq̄d emit, emit de pr̄imonio ꝓprio tm̄: ⁊ ſolis reditibus eccleſie fuit vſ⁹. Uidet᷑ ꝙ computādi ſunt illi ſumptus quos facere cōſueuit: vel quos facturus fuiſſet de proprio pr̄imonio, ac ſi nō haberet eccleſiā: vt.ff.de pe.here.ſed ⁊ ſi.§.adeo aūt.in fi. Et ſic ꝓprie ponit᷑ hoc ꝟbū cōpenſatione. Itē nō debent negligere lucrū eccl'ie propter lucrū ſuum: vt.j.ca.proxi. Uel intellige qđ hic dicit quādo dubiū eſt an de reb⁹ eccl'ie, an de ſuo pr̄imonio emerit. nam tunc diuidi deberet ſm quantitatem ſui patrimonij, ⁊ rerum eccleſie.

Acq̄ſita ƀ bonis eccl'ie ⁊ ƀ bonis clericoꝝ ad q̄s ptinebūt.

l Et q̄ pl⁹ dedit, maiorem ptē habebit. ff.ƀ vſufru.ſꝫ ⁊ ſi q̄s.§.īterdū. ſm Io.

k Conquiſitio.i.conquiſitū. ſic.C.cōi diuid.ad officium.ff.de vſufru.ſed ⁊ ſi quis.§.interdum.

Si quis. Caſus. Supra oſtēſum eſt quid iuris ſit de rebus ꝓprijs clericoꝝ, ⁊ de rebus eccleſie. ſed q2 occaſione rerum eccleſiaſticarū clerici in rebus proprijs,

patiuntur detrimentū, vel ecōuerſo: ideo dicit Gratianus ꝙ viciſſim debent ſibi reſtituere detrimentum, et ad hoc inducit ſequens ca.

Q Uicūqꝫ. ¶ Caſus. Docet in hoc ca. cōcilium Bracharenſe ꝙ ſi prelatꝰ res ꝓprias augmētādo, aliqđ detrimētū vel dānū rebus eccl'iaſticis intulerit: totū debet eccl'ie reſarcire. Si vero aliqđ de rebꝰ ꝓprijs pro vtilitatibus eccl'iaſticis expenderit, vel occaſiōe eccl'ie in rebꝰ ꝓprijs paſſus eſt detrimētū: ſi hoc ꝓbare poterit, totū ſibi de rebus eccleſie reſtituatur.

Q Uicūqꝫ ſub hoc neglectuᵃ res diuiſas laborareᵇ diſtulerit, ſpāli placito diſtrigēdus eſt: vt ſi de rebꝰ vel augmēt eccl'ie qſtū laboribꝰ ſuis ꝓprieᶜ auxit: ⁊ ex hoc eccleſiaſticis rebꝰ aut neglectūᵈ laboris exhibuit, aut minoratione vel ꝑditionē idurit: qcqd ī rebꝰ eccl'ie minuit, ille reſtituat: ex cuiꝰ rebꝰ atqꝫ ſuffragiis ſuos ꝯuictꝰ fuerit āpliaſſe labores. Qꝫ ſi aliqđ ꝓ vtilitatibꝰ eccl'ie aut ſubſtātie expēdit, aut diſpēdij vel ꝑditionisq̇ ꝓpriā ꝑtulerit: ſi hoc ꝯprobare potuerit, totū illi a rebꝰ eccl'ie eiuſdē reformabit, pro cuiusᵉ vtilitate id expendiſſe ꝓbat. Si vero de rebꝰ eccl'ie tātūmodo aliqua acquiſiſſe noſcuntur, ⁊ ad nomē eccl'ie inſtrumēta debēt ꝯponere: nec aliq̄bus poterūt illa donare.

U ñ in Agatheñ. cōci. legit.

¶ De his q̄ ſacerdotes emūt ad eccl'ie nomē ſcripturā faciāt

P Reſbyt' cū dioceſim tꝫ de his q̄ emerit ad eccl'ie nomē ſcripturam faciat: aut ab eiꝰ quā tꝫ eccl'ie ordinatiōe diſcedat. ¶ Queſtio.v.

T Eſtamentaᶠ vero nō lꝫ eis ꝯficere niſi ď ꝓprijs rebꝰ.

U ñ Greg. ſcribit Lucidio epō.

¶ Quomō de rebus eccleſie liceat teſtari ſacerdotibus.

N Ulli dubiū eſt ꝙ ſicut ſacerdotibꝰ res in epatu acq̄ſitas nulla eſt alienādi licētia: ita de his quas ātea habuerūt, qcqd iudicare voluerint nō vetat. Itaqꝫ fraternitatē tuā tpe q̄ ad nos fuit, cōqueſtā eſſe recolimꝰ ꝙ quedā mobilia q̄ Cōſtātinꝰ deceſſor veſter Luminoſe ancille dei ⁊ fratribꝰ ſuis teſtamēti ſerie legati titulo dereliquit, iam epus acquiſiſſet: decreuiſſeqꝫ nos vt ſi hocᵍ cōſtaret, nullū ex his eccl'ia vr̄a p̄iudiciū pateret: quod ⁊ vos oportet recolere: ⁊ moleſtiā aliquā predicte ancille dei non facere: nec ei ſine cognitione de his que poſſidet quicq̄ auferre.

I dem. De eodem.

O Bitum Theodori epi dilectionē tuā credimꝰ cognouiſſe: ſed q̄ teſtamētū ď condidiſſe: ſubtiliter te(ne qđ de rebꝰ eccl'e ſue ꝯſumpſiſſet) opꝫ inquirere: et ſi quidē eū exinde aliquid incongrue minuiſſe didiceris, ita age, vt res ab eo cuius intereſtʰ modis omnibus reparentur.

I tem Gregorius Mariano archiepiſcopo Rauennati.

¶ Que monaſterijs ab epo cōferunt reuocari nō debēt.

Q Uia Joānes quondā predeceſſor tuꝰ ſepius

a ¶ Neglectu. i. q̄ negligit res eccl'ie augēdo ſuas.
b ¶ Laborare. id eſt periclitari: vel colere.
c ¶ Proprie auxit. i. in rebus ꝓprijs locupletatus eſt.
d ¶ Aut neglectū. Hic habes ꝙ ſi p̄latus aliquid negligit acq̄rere eccleſie ſue cū poſſet ⁊ maluit ſibi acq̄rere: ꝙ hoc iputat ei: et de hoc tenet, ad inſtar tutoris: vt. C. arbi. tut. q̄cūqꝫ. i. nec eīm p̄ponere dꝫ vtilitatem ſuā vtilitati eccleſie: ſicut nec tutor vtilitatē ſuā vtilitati pupilli. ff. de admi. tu. tutor. §. j. ff. cōmo. ſi vt certo. §. cōmodatū. in fi. ⁊. vij. q. j. preſentiū. ⁊ ca. placuit.
Prelatus tenet acquirere eccleſie ſue.
e ¶ Pro cuiꝰ. ſic extra de procu. cū pro cauſa.

T Eſtamenta vero.ᶠ Hec. q. diuiditur in duas partes. In pria ꝓbat ꝑ. v. ca. ꝙ pbr̄ vł alius cleric' pōt de rebꝰ ꝓprijs facere teſtamentū. Scđa ibi: Sed ſi epo. Jo. de fan.
¶ Caſus. Hic intitulat. v. q. qua querit an liceat clericis ꝯdere teſtm̄: ⁊ certū eſt ꝙ ſi habēt ꝓpria: q̄ nō renūciauerūt ꝓprijs: de rebꝰ ꝓprijs pn̄t cōdere teſtm̄: vt. j. ca. j. ⁊. ij. minꝰ aūt idoneos hēdes nō pn̄t inſtituere: vt xxiij. q. ij. ſane. de rebꝰ aūt eccl'ie teſtari nō poſſunt, niſi tantū de ſuo eccleſie recōpenſent: vt. j. ca. ij. epo.
f ¶ Teſtamēta. Nec aliqđ dare, nec teſtm̄ cōdere licet de rebus eccl'ie. ſi tñ conſuetudo habet, pōt mobilia aliqua dare: vt extra de teſta. ad hec. ⁊ ca. quia.

N Ulli dubiū. ¶ Caſus. Lucidus epo ꝯqueſtus eſt Greg. ꝙ Cōſtantinꝰ ſuus anteceſſor reliquit Luminoſe ancille ⁊ fratribꝰ ſuis in teſtamēto, ⁊ noīe legati quedā mobilia que ipſe Cōſtan. acquiſierat poſt ipſe ſue ordinationis. Et rñ. Greg. ꝙ ſicut res i epatu acquiſitas alienare nō pōt prelatꝰ: ſic res ꝓprias pōt relinquere cui vult. Unde ꝓpter hoc eccl'ia nō debꝫ preiudiciū pati ſi pōt conſtare res legatas poſt ordinationē acquiſitas. Ipſe autē reuerſus, Luminoſam illaꝫ ſup his rebus inquietabat. Precepit ergo Greg. ſibi ꝙ ſine cauſe cognitione nihil de his q̄ poſſidet Luminoſa, auferre ꝑſumat. Hu. vero ſic caſuꝫ breuiter ponit. Cōſtantinus epo teſtm̄ fecerat in teſtamēto legauerat quedā Luminoſe: q̄ dicebantur fuiſſe eccleſie. Lucidius eiꝰ ſucceſſor volebat ea reuocare. Scribit ergo ei Grego. vt de hoc cognoſcatur ordine iuris: ⁊ ſi conſtiterit illa fuiſſe eccl'ie, ordine iuris reuocentur. Nā ex quo illa eſt in poſſeſſione, non dꝫ ei auferri ſine iudiciali cognitione, ſꝫ prior verior eſt: ⁊ magis videt litere conſonare.
g ¶ Ut ſi hoc. ideo epo incūbit probationis onus: ᶠ q̄ ille erat in poſſeſſiōe: vt dixi. ſ. e. q. j. ſint manifeſte.
ᶠ Idem bal. i. l. ex teſtō l. vij. co lū. in ꝟ. xj. C. de col. fac q̄ nor. Bar. in l. ſi inſ. ff. ď re. dub. et Jo. an. i addi. ad ſpe. in ti. de ac. §. j. ſup ꝟ. ſꝫ qđ ſi dubitatur. et moderni legiſte in. l. cū fundus. §. fuſ. circa fi. ff. ſi certū peta.

O Bitum. ¶ Caſus. Significatū fuit Gre. ꝙ Theodorus epo in obitu ſuo de rebus eccl'ie teſtamētū cōdiderat, quare papa precepit cuidā vt ſubtiliter inquirat an de rebus eccleſie teſtamentum condiderit: quod ſi inuenerit, omnia de rebꝰ eccleſie alijs relicta, modis omnibus reſtituantur eccleſie.
h ¶ Intereſt. Scilicet vt heres vniuerſa reſtituat, vt xvj. q. vj. ſi epm̄. ⁊. ſ. e. q. ij. epiſcopus.
Q Uia Joannes. ¶ Caſus Joannes archiepo Rauennas quoddā monaſteriū conſtruxerat iuxta